IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

VIII. beatitudines. prudentia. iustitia. fortitudine. et temperantia. perficit. Iuxta numerum tribuum filiorum iacob. Iacob tribus. sunt spes. anima. et corpus. Quarum tribuum numerus multiplicat. dum homo fide. spe. et dilectione. summat. Ad quem sermo dni. et factus. quia ad eum et meo sermo dni dirigit. qui supplantatione uicit. uerus iacob efficit. Israel erit nomen tuum. quia tunc uerus israel uocabis. cum mundatis oculis cordis. dm contemplabis. Helyas de lapidibus altare in nomine dni edificat. cum filius dei operatione spes sci. forma humanitatis in utero uirginis induit. quam de patriarcharum et prpharum nobilitate matrem s. elegit. Atque ductum quasi per duas arantunculas facit. dum ex duabus naturis unitatem suae persone componit. quae omnium suorum electorum sitim restinguit. quae totum mundi sordes abluit. Circuitus altaris. et persona redemptoris. plenitudo diuinitatis. et ueritas humanitatis. Ligna componit. dum mysterium suae crucis disponit. Quae in murum ligna. ysaac in sacrificium portauit. cum redemptoris passionem prefiguraut. Helyas bouem per membra diuidit. cum apes singula susceptae humanitatis sacramenta pagit. Sup ligna ponit. cum per mysterium crucis mundi redemptionem perficit. Implete inquit quatuor hydrias aqua. et effundite sup holocaustum et sup ligna. Quatuor hydriae sunt. iii. sacramenta redemptionis nostre. scilicet incarnatio xpi. passio. resurrectio. et ascensio. Quatuor hydriae aqua impleuntur. quia in quatuor sacramentis. humanitas declaratur. qua perfectio redemptionis consummatur. Hydriae sup holocaustum et sup ligna effundunt. dum quatuor sacramentis. humanitas redemptoris. per mysterium crucis. ad effectum redemptionis subuehit.

Primo secundo. ac tertio. hydrias helyas implere. et holocaustum ac ligna perfundi precepit. cum xpe electus suus. ante legem. sub lege. sub gratia. positus. per mysterium crucis. gratiam suae redemptionis impendit. Atque circa altare currunt. quia labores passionis et mortis in susceptae humanitate illesa diuinitate decurrunt. fossa atque ductus replet. quia mysterium redemptionis in morte xpi consummatur. Vnde ait. Consummatum est. SEQUITUR.

Cumque iam tempus esset. ut offerret holocaustum. accedens helyas ppha ait. Dne ds abraham. ysaac. et israel. hodie ostende. qa tu es ds israel. et ego seruus tuus. et iuxta preceptum tuum feci omnia uba hec. Exaudi me dne exaudi me. ut discat ppls iste. quia tu es dns ds israel. et tu conuertisti cor eorum retrorsum. Cecidit autem ignis dni de celo. et uorauit holocaustum et ligna et lapides. puluerem quoque. et aquam que erat in aqueductu lambens. Id cum uidisset omis ppls. cecidit in faciem suam. et ait. Dns ipse est ds. dns ipse est ds. Dixitque ad eos helyas. Apprehendite pphas baal. et ne unus quidem fugiat ex eis. Quos cum opprehendissent. duxit eos helyas ad torrentem cison. et interfecit eos ibi. Et ait helyas ad achab. Ascende comede et bibe. quia sonus multe pluuie est. Ascendit achab ut comederet et biberet.

Tempus offerendi holocausti fuit. cum apes una oratione passionem suam puenit. Quo tempore helyas ppha accedit. quia xpe per saluit omnium electorum suorum apud patrem intercedit. Dne inquit ds abraham ysaac et israel. qui per fidem spem et dilectionem. tuus electus extinguit. puidisti requiem. hodie ostende. scilicet in hoc die passionis mee. quia tu es ds israel humani generis creator. et ego seruus tuus tuo precepto homo factus. mundi redemptor. et iuxta preceptum tuum feci omnia hec uba. quae tu pater fieri disposuisti ante omnia secula.